mare et ratificare sub vadio similis summae. Quinque millium
et ducentorum florenorum pecuniae monetae polonicalis. Quae quidem
praemissa omnia in praesenti inscriptione contenta et descripta prae-
fatus Vicecapitaneus sic et suos successores super omnibus bonis suis
haereditariis et obligatoriis mobilibus et immobilibus nunc et in
post habitis obligat et inscribit tenore complere et exequi tam
in toto quam in minima parte sub vadio et vadiis. Quinque millium
360 et ducentorum florenorum pecuniae, occasione cuiuslibet rei et conditio-
nis non completae, per praedictum Vicecapitaneum vel eius poste-
ros praedicto Joanni Grochowski vel eius successoribus ad solvendum
tantum quantum opus fuerit succumbendum. Pro quo quidem vadio seu vadiis
si se ipse Vicecapitaneus praedicto Joanni Grochowski vel eius
successoribus ad judicium seu officium praesens Castrensem capitaneale
praemisliensem citare permiserit vel eius posteri permiserint extunc
foro suo quovis proprio omnino, iurisdictionique sua quavis com-
petentem coram eodem judicio seu officio, cui se ad quod sequitur citabitur
actus praesentis respectu cum successoribus bonisque suis omnibus subi-
cit in primo citationis termino tanquam peremptorio stare parere
respondere ac pro praefato vadio seu vadiis satisfacere decretumque
judicatum quoque pati tenebitur et successores ipsius tenebuntur
tantum quantum opus fuerit. Nullum terminum omnium praemissorum
vera vel simplici infirmitatibus, actione pro maiori, litteris et
decretis regalibus, statutis et constitutionibus quibusvis laudatis
et laudandis, bellis, cologuiis conventionibus generalibus vel
particularibus, expeditione bellica, servitio militare et reipubli-
cae sive sacrae Regiae maiestatis, aura pestifera, inversa hostium
absentia a regno ac aliis omnibus legalibus impedimentis non
differentur nec prolongantur atque se excipiendi, minorennitate succes-
sorum se non defendendi, nec ad annos discretionis, nec ad quie-
tationem mortificationemque inscriptionis praesentis, nec ad evictorum
seu evictores, nec ad munimenta quaevis dilationis seu dilationes
non recipiendi, a decretis quibusvis tam in accessorio quam in
principali negocio latis et factis nullas motiones cum appel-
lationibus a judicio seu officio faciendi. Nec ad prosequendum
eiusdem judicem et partem adcitandi, pena trium marcarum et
triplici poena vadium seu vadia praenominata non evadendi.
Immo se cum successoribus omnibus iuris remediis, evasionibus
praescriptionibus suspensionibus, controversiis dilationibusque
generalibus universis abrenuntiandi. Et nihil sibi penitus in auxi-
lium contra inscriptionem praesentem eiusque effectum recipiendi
suae suorumque successorum sub ammissione totius causae vel litium
praefati vadii vel vadiorum. Quo vel quibus solutis utrique in-
scriptione praesenti et omnibus in ea contentis satisfacere cum suis
posteris tantum quantum opus fuerit tenebitur. Nulla praescriptione
terrestre diuturnitate et taciturnitate temporis abusu inscriptionis
praesentis in praemissis obstante. Quod mentis firmatum est.

Maczieiowski iti Vicecapto Praemisli

Comparens personaliter coram officio et actis praesenti Castrensi Prae-
misliensi Generosus Caspar Maczieiowski de Maczieiowicze mente
et corpore sanus existens, a terris districtibus iuribusque suis quibusvis
proprius ac foro competentibus recedens, praesenti vero Castrensi praemisliensi 361
iurisdictioni se successores ac bona sua omnia quoad actum effectumque totius
inscriptionis praesentis attinet incorporandi et subiciendi, publice per expres-
sumque recognovit. Quia Generoso Victorino Kowalski Vicecapitaneo
Castrensi praemisliensi et eius successoribus summam quorum millium
et sexingentorum florenorum pecuniae monetae polonicalis certi vere et
liquidi debiti sive mutuatae pecuniae tenetur, praesentique inscriptione
se et suos successores super omnibus bonis suis haereditariis et obligatoriis
mobilibus et immobilibus nunc et in post habitis obligat et inscribit
in duabus septimanis post determinationem congressus generalis sub
jendrzeiow celebrandi proxime venturis, solvere realiterque circa acta
praesentia Castrensi praemisliensi reponere et relinquere, nec iterum
ab officio effideiubere aut quovis modo arestare sub vadio similis summae
quorum millium et sexingentorum florenorum pecuniae in defectu solutionis
summae eiusdem principalis pro die et tempore supraescripto solutioni
assignat, per eundem Casparum Maczieiowski vel eius posteros prae-
dicto Vicecapitaneo vel eius successoribus ad solvendum succumbendum in
unamque summam capitalem et essentialem debitum. Quinque millium
et ducentorum florenorum pecuniae convertendum. In qua quidem summa simul
iuncta Quinque millium et ducentorum florenorum pecuniae tenebitur
praefatus Caspar Maczieiowski vel eius posteri tenebuntur quos
secum super omnibus bonis suis haereditariis et obligatoriis mobilibus
et immobilibus nunc et in post habitis obligat et inscribit, eidem Vi-
cecapitaneo vel eius posteris dare et libere admittere realem introm-
cum actuali et pacifica possessione in bona sua omnia haereditaria
per ipsum in quibuscunque terris et districtibus regni poloniae nunc et
in post habita per ministerialem terrenum quemcunque sibi eligerit
ad intromittendum iam exnunc per officium praesens ad id additum sub
vadio similis summae simul iunctae. Quinque millium et ducentorum
florenorum pecuniae monetae polonicalis, per ipsum Vicecapitaneum et eius
posteros bona praedicta omnia tenendum habendum possidendum cum omni iure
dominio proprietate, ac cum omnibus et singulis attinentiis pertinentiis
fructibus proventibus redditibus utilitatibusque universis nullis tam
in genere quam in specie exceptis, a granitiebus ad granities, ita
prout eorum bonorum haereditates ex antiquo se in suis metis et
limitibus extendunt, et prout eadem bona solus tenuit habuit et
possidebat, a tempore acceptae possessionis ad factum nativitatis
domini tunc proxime venturum et in defectu protunc exemptionis ad
alium similem festum nativitatis domini, et sic de anno in annum annis se-
quentibus usque ad exemptionem et summae praefatae simul iunctae vigore

362

363